FIGVRÆ, TROPI ET SCHEMATA.

Etiamsi omnia à veteribus inuenta sunt: hoc semper nouum erit, vsus & inuentorum ab alijs scientia & dispositio. Senec. *epist.* 64.

Impressum Londini.
1616.

AD LECTOREM.

INuidiæ præterfecta ſcopulos paruitas hæc contemptum: infirmitatis ſuæ conſcia prauitas maleuolentiam deprecatur. Quod ſi quis me *Catonugatorem* arguat, qui culpam deprecari quàm culpa carere maluerim: facilè ac placidè reſponderim, breuitati me adeóque memoriæ primum ſtuduiſſe, deinde ſi ſyllaba vna aut altera ——*ſonet vitium percuſſa*,—— id non tam abortificis imprudentia (homines tamen ſumus) quàm ipſa materiæ neceſſitate ita vrgente, factum. Malui (quod ab alijs, quorum ſex hic retineo verſus, factitatum video) voces artis integras læſa vocalis Græcæ quantitate, ponere, quàm vel omittere ——*quod verſu dicere non eſt*: vel turpiter caſtrare & transfodere, vt ille, *Quod de Apo fine cope demit*. —— Afferam denique illud Philoſophi. 1. Ethic. Nicom. 7. τὴν ἀκρίβειαν μὴ ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἐπιζητεῖν, ἀλλ' ἐν ἑκάστοις κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην, &c.

Si quis autem Capito ſiniſtrè dextra interpretatus ſeverum in ſyllabas diſtringat ſupercilium, & læſæ quantitatis tanquam violatæ maieſtatis inurat notam: ſi in technico doctrinali léue quod ſtuat carmen deſideret, ſi denique tum ſchematum tum exemplorum parſimoniam in crimen vocet, ſuccum hunc lolliginis atræ & Rhetoricæ carcinoma relegabo ad quam deſperauit, Penelopen, miſſis his ancillis: legat monebo Ariſtotelem, Ciceronem, Quintilianum, Erythræum, Riuium, Melanthona, Treutlerum, Keckermannum, &c. ſciatque non hæc illi maiuſculo puero, ſed tenellis rei literariæ tyrunculis ſcripta. quibus animitus voueo, fore ſpero, expertus ſpondeo plus vtilitatis ex hoc (vt cum medicis loquar) pugillo, quàm ex aliorum manipulis. Sed, ne per amplas portas effugiat oppidulum, claudo, & te valere iubeo.

T. F.

- **Tropi transferunt vocem à propria significatione in aliam, suntque**
  - Propriè dicti. 4.
  - Improprièdicti, qui & alijs Troporum affectiones 4. quibus adieci quos nonnulli distinctos & peculiares tropos autumant, nec tamen sunt, sed sub illis prioribus continentur. 10.

- **Schemata mutant orationis habitum, à nudo & simplici, in coloratum & varium, suntque**
  - *Grammaticæ*
    - *Orthographiæ.* 8.
    - *Metri ceu Prosodiæ.* 6.
    - *Syntaxeos*
      - *ex defectu.* 4.
      - *in excessu.* 4.
      - *in contextu.* 10.
  - *Rhetoricæ*
    - *Dictionis* 10.
    - *Sententiæ ad*
      - *Explicationem.* 5.
      - *Probationem.* 4
      - *Exaggerationem.* 1.
      - *Affectuum concitationem.* 7.
      - *Copiam.* 4.

DAt propriæ ſimilem tranſlata *Metaphora* vocem:
Ingenij flumen, mens ferrea, claſſis habenæ.

Nomina tranſponetque *Metonymia*, 1. Efficientis.
Inuentoris: *Mars.* Authoris, *Plautus. Homerus.*
Materiæ: *pinus. ferrum. æris aceruus & auri.*
Aut inſtrumenti: *gladius. lingua. arma. manuſque.*
2. Effecti: *frigus pigrum. mors frigida. pallet.*
3. Subiecti: [a] *Curij.* [b] *pateræ.* [c] *Germania.* [d] *Roſtra.*
[e] *Vcalegon* [f] *cor. os.* [g] *patronus.* [h] *nox.* [i] *Amaryllis.*
4. Adiuncti: [k] *faſces.* [l] *ſcelus.* [m] *ætas nulla.* [n] *libelli.*

A ſenſu diuersè amat *Fronia* iocari.
Scilicet. egregiam laudem. pulchrè. bene cuſtos.

Confundit totum cum parte *Synecdoche*. 1. Partis:
[o] *Myrtoum. Auſter.* [p] *hyems. tectum. mucro.* [q] *Annibal.*
[r] *Anglus.*
2. Totius: *orator. color. Annus.* [s] *vixit.* [t] *Atrides.*

a Subiectum pro accidente.
b Continens pro contento.
c Locus pro incolis.
d Locus pro geſtis in loco.
e Poſſeſſor pro re poſſeſſa.
f Sedes pro qualitate inhærente.

Tropi impropriè dicti, ceu troporum affectiones.

Durior impropriæ eſt *Catachreſis* abuſio vocis:
Vir gregis. vltorem promiſi. pulchra minatus.

Tranſcendit gradibus *Metalepſis* vocis ad altum:
Hinc mouet Euphrates bellum. mirabor ariſtas,

[u] Extenuans [x] augenſue excedit *Hyperbole* verum:
Vilior alga. ſaxa trahit. volat ocyor Euro.

Continuatque tropos *Allegoria* ordine longo:
Bacchus & alma Ceres ſi defuerint, Venus alget.
Claudite iam riuos, pueri, ſat prata biberunt.

g Patronus pro cliente.
h Tempus pro re in illo geſta.
i Signatum pro ſigno.
k Signum pro ſignato.
l Qualitas pro perſona ſubiecta.
m Tempus pro ſubiecta ſpeciei, & in vt pars pro conſequente.

illius. [n] Locatum pro loco. [o] Vniuerſalis, generis, diuidui. [p] Eſſentialis & integralis. [q] Dux pro exercitu, maria. [r] Numerus pro numero. [s] Antecedens pro [t] Patronymicum pro certo. [u] Tapinoſis & Meioſis. [x] Auxeſis.

[a] Eadem quæ Metonymia & Synecdoche.

[a] *Antonomasia* imponit cognomen, vt *Irus. Impius. Æacides. Pœnus. Cytherea. Poeta.*

A sonitu voces *Onomatopœia* fingit.
Bambalio. Clangor. Stridor. Taratantara. murmur.

Species Ironiæ.

Antiphrasis voces tibi per contraria mutat:
Sacra fames [b] *lucus. bellum.* sic Symphora. *Parcæ.*

[b] Non tamen rectè. veras vide Etymologias apud I. C. Scal. l. 3. Poet. c. 90. & G. Finckium l. 1. Schediasm. 42. & C. Becmannum de originibus Linguæ Latinæ.

Dicere se negat *Apophasis: non dico rapinas.*
Prætereo. omitto. tacco. mitto, est *Paralipsis.*

Dat *Charientismus* pro duris mollia verba:
At bona verba precor, ne sæui magna sacerdos.

Astismus iocus vrbanus, ceu scomma facetum est:
Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui:
Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Insultans hosti illudit *Sarcasmus* amarè:
En agros metire iacens. & nuncius ibis,
Pelidæ referens. satia te sanguine Cyre.

Species *Allegoriæ.*

Auribus ille lupum tenet: esto *Paræmia* dicta.

Ænigma obscuris tecta est sententia verbis.
Mater me genuit, sed & hæc mox gignitur ex me.

Schemata *Grammaticæ Orthographiæ.*

Prosthesis apponit capiti, quod *Aphæresis* aufert,
Vt *gnatus, tetuli. ruit. & non temnere diuos.*

Syncope de medio tollit, quod *Epenthesis* infert.
Relligio. Mauors. iusso. surrexe. repostum.

Aufert *Apocope* finem, quem dat *Paragoge:*
Ingeni, Hymen. curru. Tyrio vestirier ostro.

Literul-

Olli subridens. vostrum. seruom. facunde.

Transponitq; elemẽta *Metathesis*, vt: *tibi*[a] Thymbre.

Metri seu *Prosodiæ*.

Ecthlipsis M. vocales aufert *Synalæpha*:
Tu in me ita es, hem! in te vt ego sum: ac tu me ibi ama,
vt te ego amo hic iam.

Systole ducta rapit; correpta [b] *Diastole* ducit:
Recidimus. steterunt. naufragia. semisopita.

Syllaba de binis confecta [c] *Synæresis* esto:
[d] *Æripedes. alueo. cui. tenuis. parietis. aurea.*

Diuidit in binas partita *Diæresis* vnam:
Euoluisset. aheneus. euohe. materiaï.

Syntaxeos ex defectu.

Deficiens aliquod verbum supplebit *Eclipsis*:
Non est soluendo, dicunt. quid plura? quid istis?

Suppositis multis si verbum inseruiat vnum,
Aut Adiectiuum, fit *Zeugma*: *hic illius arma,*
Hic currus fuit. hircus erit tibi saluus & hœdi.

Personam, genus & numerum conceptio triplex
Accipit indignum *Syllepsis* sub mage digno:
Tuque puerque eritis. Rex & Regina beati.

Post totum, partes capiet generale *Prolepsis*.
Procedunt castris, hinc Acron, inde Quirinus.
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam.

Dialyton tollit iunctura m & *Assyndeton*, idque
Articulus facit, vt: *Rex miles, plebs negat illud.*

In excessu.

At iunctura frequens vocum *Polysyndeton* esto:
Armaq; Amycleumq; canem, Cressamq; pharetram.

Vocibus

a Q
sce
te
n
T
fre
ap
Tr
fitio
x
Sy
b Q
R
c V
pho
d A
men
Chal
conc
Ios. Sc
Anson.

Vocibus eruperat *Pleonasmus*, & *Euphuismus* fluget?
Auribus his audiui. oculis vidi. ore locutus.

Syllabicum adiectum fit vocis fine *Parelcon*:
Quipote. numnam. etiamnum. chodum. tu Sosia adesdū.

Sermoni medio clausumque *Parenthesis* indit.
Credo equidem (nec vana fides) genus esse deorum.

In contextu.

catio. Personam ad primam [a] *Reuocatur* siue secundam
Tertia: *Qui legis hæc. populus superamur ab vno.*

positio. Et casu substantiua [b] *apponuntur* eodem:
Turba molesta proci. mons Taurus. fons Aganippe.

Accu: aut Abla: loci quo est passio *Synecdoche* tradit
Passiuis, neutris, adiectis, participijsque.
Dentibus alba. caput doleo. spoliata lacertos.

Antiptosis amat pro casu ponere casum:
Vrbem quam statuo vestra est. trabeate salutas.

eu Grę- [c] *Hellenismus* erit phrasis aut constructio Græca:
s. *Desine clamorum. fallunt. ardebat Alexin.*

In binas partes vocem *Tmesis* secat vnam:
Quæ mihi cunq; placent. nec res tibi publica cura est.

Hendiadys vnum in duo soluit, mobile fixum
Dans: *auro & pateris. chalybem frænosque momordit.*

rosis Personam, numerum commutat [d] *Enallage*, tempus,
o- Cumque modo genus, vt: *Pereo quod charius est mi.*
Ni faciat. vici. præsto est. hinc spargere voces.

Syntheſis est sensu tantum, non congrua voce:
Turba ruunt. aperite aliquis. pars maxima cœsi.

Digna præire solet postponere *Anastrophe* verba:
Transtra per. Italiam contra. maria omnia circum.

Ordine

Ordine conuerso submurat hyperbaton vltor:
Impia trabs. videt hos ortus. date classibus Austros.

Hysteron & Proteron siue [a] *Hysterologia* secundo
Prima loco ponit: *Lauinaque litora venit.*
[b] *Detrudunt naues scopulo. nutrit peperitque.*

[a] Prol... siue P... phonem... Gel. l. 10. c. 16.

Rhetoricæ Dictionis.

Eiusdem sit *Epizeuxis* repetitio vocis:
Ah Corydon, Corydon, me, me. bella, horrida bella.
Talis amor Daphnim (qualis cum fessa iuuencam
Per nemora atque altos quærendo bucula lucos, &c.)
Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.

[b] Præpos... in compo... tione.

Sic *Anadiplosis* cum fronte sequentis eundem
Præcedentis habet finem. *vos maxima Gallo,*
Gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas.

Hinc oritur modo continuata gradatio *Climax.*
Quod libet id licet his, & quod licet id satis audent,
Quodque audent faciunt, faciunt quæcunq; molestant.

Diuersis membris frontem dat *Anaphora* eandem.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustra comprensa manus effugit imago.
[c] *Tu pugnare potes, mihi sacri est consilij vis:*
Tu vires sine mente geris, mihi cura futuri est.

[c] *Anap...* *duplica...*

Complures clausus concludit *Epistrophe* eodem
Dicto: *crede mihi si te quoque pontus haberet,*
Te sequerer coniux, & me quoque pontus haberet.

[d] *Symploce* eas iungit complexa vtramque figuram:
Quam bene, Caune, tuo poteram nurus esse parenti!
Quam bene, Caune, meo poteras gener esse parenti!

[d] Vel E... nalepsis... plicata.

Incipit & voce exit *Epanalepsis* eadem:
Pauper amet cautè, timeat maledicere pauper.

Prima velut medijs, medijs ita *Epanodos* ima
Consona dat repetens: *Crudelis tu quoque mater,*

Crudelis

Improbus ille puer, crudelis tu quoque mater.

Voce parum mutata alludit significatum
Paronomasia. tu prædo non prætor.[a] *amari.*

Esto *Polyptoton*, vario si dictio casu
Consonet: *arma armis, pede pes, densusque viro vir.*

Schem: Sententiæ siue sensus ad explicationem.

spectant gmato- hia.
[b] Res, [c] loca, [d] personas, [e] affectus, [f] tempora, gesta,
[g] *Characterismus* dilucidat, explicat, ornat.

opogra- & to- esia.
Explicat, oppositum addens *Paradiastole: obumbrat*
Virtutem fortuna, tamen non obruit illam.

osopo- ia. thopo-
Oppositos conuertitque [h] *Antimetabole* sensus:
Nec viuas vt edas, sed edas vt viuere possis.

Chrono- logia.
Librat in Antithetis contraria *Enantiosis*:
1 2 3 2 1 3
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Dicitur otyposis nargia. Commu- o.
Bina rei dabit & contraria *Synchysis* vni:
Tam quod adest, desit, quam quod non adsit, auaro.

Ad Probationem.

Propositi referet causas *Ætiologia*:
Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.

Arguit allatam rem contra *Inuersio* pro se:
Imo equidem, nec enim si occidissem, sepelissem.

Præca- sis. A prd. parte di- Præ- tio. & patio: teriore tio.
Anticipat, quæ quis valet obiecisse, [i] *Prolepsis*:
Forsan & hic aliquis mihi dicet, Cur ego amicum
Offendam in nugis? Hæ nugæ seria ducent
In mala, derisum semel, exceptumque sinistre.

Planè aut dissimulans permittit *Epistrophe* factum:
Imo habeat, perdat, pereat, nihil attinet ad me.
Synchoresis *item: sit fur, prædo: at bonus est dux.*

Ad Exaggerationem & Amplificationem.

Rhetorica aſcendit ſcala ad ſummum, *Incrementum:*
Non plebs praua iubens; ſolida nec mente, tyranni
Vis fera dimoueat iuſtum; non turbidus Auſter;
Fulminei non dextra Iouis: non, ſi ruat, orbis.

Ad Affectuum concitationem.

Concitat *Ecphoneſis* & *Exclamatio* mentem:
Heu pietas! O ſpes falſas! prob vana voluptas.

Huius erit ſpecies rei *Epiphonema* probatæ:
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Tollit *Epanorthoſis*, & his mage idonea ponit
Dicta: *Frica frontem. quid dixi? frons tibi non eſt.*

Apoſiopeſis reticendo cætera ſupplet:
Quos ego—— ſed motos præſtat componere fluctus.

Conſulit addubitans quid agat dicatue [a] *Aporia.*
Quid faciam? roger anne rogem? quid deinde rogabo?

[a] Dubitatio.

Cumque alijs conſultat *Anacœnoſis*: agatur
Si tua res, quid conſilij aut rationis inires?

Perſonam inducitque *Proſopopœia* loquentem:
Qui modo Naſonis fueramus quinque libelli, Tres ſumus.

Tu ſermonem & ab his auertis *Apoſtrophe* ad illa:
Hinc canere incipiam. vos O clariſſima mundi
Lumina labentem cœlo quæ ducitis annum, &c.

Ad Copiam.

Verba *Synonymia* addit rem ſignantia eandem:
Enſes & gladij. Superatne & veſcitur aura
Ætherea, nec adhuc crudelibus occubat vmbris?

Hirmos. *Congeries* varias voces confundit aceruo.
Seditione, dolis, ſcelere, atque libidine & ira.

Singula Epitheta ſi adiungas, *Schesis* eſt *onomaton*.
Stridentes litui, fera claſſica, cornua rauca.

Rem circumloquitur per plura *Periphraſis* vnam.
Troiani belli ſcriptor. Chironis alumnus.

FINIS.